

*De postpredicamentis* 199

61. (2.) Prius naturā illud dicitur, à quo consequentia essendi reciprocatur, ut tamen quomocunque sit causa, cur alterum sit, e.g. Si quid homo est, vera est oratio, quā dicimus illud hominem esse: Et reciprocatur consequentia, si enim vera est oratio, qua dicimus aliquid esse hominem, illud est homo: Sed ita, ut unum aliquo modo alterius causa sit, hoc enim quod aliquid est homo est causa, quod vera est propositio illa, qua dicitur, illud esse hominem.

62. Tertio prius dicitur, quod ordine præcedit alterum, sic prius est exordium narratione.

83. Quarto dicitur aliquid prius præstantia, quod altero est præstantius vel magis honorabile, sic aurum præstantia prius est argento. Sed ipse Aristot. *d. l.* ait hunc modum esse omnium ferè maximè alienum. Plures modos prioritatis, & quomodo ad enumeratos possint referri, vid. apud *Simplic. comment. in lib. Categ. cap. 22.*

64. Simul aliqua dicuntur etiam non  
N 4 uno